Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ca.clos sunt laudent nomen dni.
Quia ipse dixit & facta sunt: ipse manda
uit & creata sunt.
Statuit ea in sæculū & in sæcula sæculi:
præceptum posuit & non præteribit.
Laudate dnm de terra dracones & omes abyssi.
Ignis grando nix glacies spiritus procellarū quæ
faciunt uerbum eius.
Montes & omnes colles lignia fructifera & om
nes cedri.
Bestiæ & uniuersa pecora serpentes & uolu
cres pennatæ.
Reges terræ & omnes populi principes & om
nes iudices terræ.
Iuuenes & uirgines senes cū iunioribus laudet
nomen dni quia exaltatū est nomen eius solius
confessio eius super cælum & terram & exal
tabit cornu populi sui.